

καίπερ ὅσον βούλει τολμηρὸς, περιῆδεν τολμήσειεν ή σχοίη ἐναντίον εἰπεῖν. "Ἐρρωσο.

'Ἐν Παρισίοις, πυανεψιῶνος εἰκάδι αχνδ'.

En tête de la quatrième partie (*Anticampanella*), on trouve l'épître dédicatoire suivante :

ILLVSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO DOMINO DOM. PETRO  
SEGVIERIO, GALLIARVM CANCELLARIO, ATHANASIVS  
RHETOR, PRESBYTER BYZANTINVS, PERPETVA  
OBSERVANTIA COLENDO.

Plures aut lucri aut gloriae ergo in mendacium insurgentes veritatis partes tuentur, excellentissime domine; at neutro modo ego impellor, sed solius veritatis amore desiderioque illam omnibus patefaciendi, efficiendique ut maiores illa vires inania non obtineant sophismata. In eam rem pauca quædam expositurus, duo a V. E. requiro, quorum unum est ut; curiosa latinitate posthabita a pluribus hodie amata, hoc tantum unum attendat, scilicet an vera sint quæ scripta sunt necne, indeque de scriptis ferat iudicium: non enim, secundum magnum Basilium, in dictionum elegantia et aeris sonitu pietas et sacra dogmata sita sunt; nec utique in Plotini (qui alter Plato dictus est) orthographia philosophica dogmata τὰ σεμνὰ habebant. Alterum, ut proferre nolit E. V. quod quibusdam olim alto fastu turgidis (supprimatur) excidit. Ita, unde unus talis nostrum reprehendendo censorem agit? Ne dicat, inquam, velim E. V. Siquidem Christus Dominus, cui omnes in suo magnifico et maiestate horrifico adventu reddituri sunt rationem de quavis re quam in commodum ecclesiæ suæ vertere poterant (coercere enim elephantis contra pietatem impetus V. E. potest), non queret, inquam, ille ὁ ἀπρωσωπολήπτης iudex cujas dogmata catholica defendens et fulciens militantem contra ea redarguerit, sed utrum vere zelo veritatis pietatisque id factum sit, studioque conservandi dominium, ius et autoritatem sacræ paginæ, patribusque in filios ecclesiæ, et huic ipsi ecclesiæ catholicæ, quæ non σαθροὶ et marcidis dogmatibus (ut author

